juris non est: te quoque abfuturum [1], damni, quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, esse succedaneum: cum actorem periculo [2] tuo constituere debueras: nec jure Magistratum in absentia tua alium creasse certum est. PP. 3. Kalend. April. CC. CONSS. 294.

De litibus.

11. Impp. CONSTANS A. & CONSTANTIN. C. ad Bassum Præfectum urbi.

IN universis [4] litibus [5] placet non prius puberem justam habere personam, nisi interpolito decreto, aut administrandi patrimonii gratia, aut [6] in litem fuerit curator datus: ut juxta præcedentia nostræ pietatis statuta legitime initiatæ litis agitata in judiciis controversia finiatur. Dat. 3. Id. Octob. *Aquilejæ*, CONSTANT. A. & LICINIO CONSS. 311.

12. Imppp. VALENTINIAN. GRATIAN. & THEOD. AAA. Eutropio.

CUrator adolescenti ordinatus, post inchoatam litem non potest sub [7] prætextu specialis curatoris a se nominati, aut litem contestatam deferere, aut ab administratione se subtrahere. Dat. 4. Kal. Octob. *Constantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De Principis colono aliisque privilegium habentibus.

13. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio Præfecto urbi.

NE magistratuum ulterius procedat licentia: plenius designamus, ne patrimonialem [8] colonum, sive alium, qui privilegio [9] ab hac nuncupatione defenditur, tutelæ muneris astringat officium. Dat. * MONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

TIT. XXXV.

QUANDO [10] MULIER TUTELÆ OFFICIO FUNGI POTEST.

Mulier de jure communi non potest tutelæ officio fungi. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Otaciliæ.

TUtelam administrare virile [11] munus est [12], & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. PP. 10. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

MAtres [13] quæ amissis viris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas jure eveniat, fateantur actis [sacramento præstito [14]], *ad alias nuptias se non venire.* † Sane in optione hujuscemodi nulla cogatur, sed libera in conditiones quas præstituimus, voluntate defendat: nam si malunt alia optare matrimonia, tutelam administrare non debent. † Sed ne sit facilis in eas post tutelam jure susceptam irruptio, bona ejus primitus qui tutelam gerentis affectaverit nuptias in obligationem [15] venire, & teneri obnoxia rationibus parvulorum præcipimus: ne quid incuria, ne quid fraude depereat. † His illud adjungimus, ut mulier si ætate major est, tunc demum petendæ tutelæ jus habeat, cum tutor, [vel testamentarius vel] legitimus [16] defuerit, vel privilegio a tutela excusetur, vel suspecti genere summoveatur, vel ne suis quidem pro animi aut corporis valetudine administrandis facultatibus idoneus inveniatur. † Quod si fœminæ tutelas refugerint, & præoptaverint nuptias: tunc demum Vir Illustris Præfectus urbi [17], accito Prætore qui impertiendis tutoribus præsidet, sive Judices, qui in provinciis jura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores jubebunt. Dat. 12. Kal. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

In AUTHENT. de hered. ab intest. §. ex his. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 5.

MAtri [18] *& aviæ* [19] *secundum* [20] *ordinem tutelam* [21] *etiam antè agnatos subire permittimus, si* [22] *inter gesta nuptiis alii, & Senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiaverit: solis testamentariis tutoribus ea præcedentibus, legitimis* [23] *& dativis postpositis. Desiderii namque voluntatem præponi volumus. Præter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelæ subire.*

In AUTHENT. ut sine prohibit. mat. debit. §. propterea igitur. col. 7. tit. 6. al. 4. Novell. 94. cap. 2.

SAcramentum quidem non [24] *exigitur, sed contractis secundis nuptiis expelli eam a tutela convenit: salva minoribus omni alia (prout juris est) cautela.*

In AUTHENT. col. & const. ut supra.

AD hæc, & si debitum inter ipsam & filios quoquomodo vertitur, tutela materna non ideo minus admittitur debito [25] *in sua natura durante. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia* [26] *agens quæcunque in legitimis definita sunt filiis.*

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SI pater secundum nostram constitutionem naturalibus [27] liberis in his rebus, quæ ab eo in eos profectæ sunt, tutorem non reliquerit, mater autem voluerit eorum (sive masculi sint, sive fœminæ) subire tutelam, ad exemplum legitimæ sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competenti Judice intervenientibus, juramentum antea præstet, quod ad nuptias non perveniat, sed pudicitiam suam intactam conservet, & renunciet [28] *senatusconsulti Velleiani præsidio, omnique* [29] *alio legitimo auxilio*, suamque substantiam supponat: & ita filiorum suorum vel filiarum naturalium tutricem [eam] existere fancimus. Omnibus quæ pro matribus & liberis earum ex legitimo matrimonio progenitis, divalibus constitutionibus cauta sunt, in hujusmodi matribus observandis. Si enim in filiis justis, in quibus & testamentariæ & legitimæ sunt tutelæ, & tamen matribus, his deficientibus, ad providentiam filiorum suorum venire concedimur, multo magis in his casibus ubi legitima tutela evanescit, faltem aliis eis dare humanissimum est. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXVI.

IN [30] QUIBUS [31] CASIBUS [32] TUTOREM [33], VEL CURATOREM [34] HABENTI TUTOR VEL CURATOR DARI POTEST.

De absentia & reversione tutoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Tiberiano & Rufo.

SI in [35] locum ejus tutoris ad tempus dati ejus, qui Reipublicæ [36] causa aberat, isque jam finito munere quod ei injunctum est, abesse desiit [37]: quin ad ejus officium curamque pertineant negotia pupillæ ambigere non debetis. Sed consultius feceritis, si præfidem provinciæ virum clarissimum adieritis, ut is ad administrationem tutelæ compellatur. PP. 8. Kal. Aug. ANTONINO A. & BALBINO CONSS. 214.

De curatore dato impuberi.

2. Imp. ALEXANDER A. Valentiniano.

POtuit quidem & debuit competens judex in locum excusati [38] tutoris, licet pupillus alios quoscunque haberet tutores, curatorem [39] dare. Quamvis autem curator cum aliis in locum excusati tutoris substitutus sis: tamen periculo administrationis ultra pubertatis [40] tempora non adstringeris. PP. 5. Id. Jun. MODESTINO & PROBO CONSS. 229.

De curatore tutori adjungendo.

3. Idem A. Hylæ.

PRopter [41] late diffusum, id est, in diversis locis constitutum patrimonium, vel quod solus administrationi non sufficias, an tibi tutelam administranti adjungi aliquos curatores oporteat, præses provinciæ, si te non sufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. 8. Id. Decemb. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De tutore suspecto, vel excusato vel defuncto, vel relegato.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Euplojo.

LIcet tutorem [42] habenti tutor dari non potest [43]: tamen certis [44] ex causis alius idoneus substituti sententia competentis Judicis fo-

1 Hæc lex intelligenda est de absente sui negotii, non reipublicæ causa. Nam absens reipublicæ causa periculo meditimoris non astringitur. *J. si tutor vel curator Reipublicæ caus. aber.* cum in locum ejus alius tutor detur. l. 12. *ff. de tutelis.* in locum absentis ex alia causa, neque tutor, neque curator datur. l. 11. *ff. de tutorib. & curatorib. datis.* quatenus in ea fuerit, id est, abfuerit. vid. Cujac. d. lec. 2 l. un. *J. de actore a tutore.*

3 Constantinus A. *C. Theod. de tut. & curat. erand.* 4 Exceptis momentaria possessione. l. *ult. supr. qui legitimam personam.* 5 Minori datur curator ad lites, alioquin legitimam personam in judicio standi non sustinet. 6 l. 4. *supr. si adversf. rem judic.* l. 2. 3. *qui legitimam personam.* l. 45. *in fin. ff. de re judicata.* 7 Generalis curator a lite desistere propter specialem curatorem datum ad lites non debet. *Bart.*

8 Principis colonus vel alius privilegiatus tutor dari non potest, vid. l. 8. *J. de excusat. tutor.* 9 Ut milites. l. 4. *supr. h. t.*

10 *Novell.* 94. *Novell.* 118. *cap.* 5. hoc autem adjectum videtur, quoniam ipse mulieres olim perpetua tutela aut potestate viri continebantur, dixi ad leges 12. tabul. 11. l. 16. *ff. de tut.* 12 Regula est generalis quæ exceptiones admittit: olim ita usitata, ut vel a judice, l. 23 *ff. de tutoribus datis.* vel patris testamento matri liberorum tutela inutiliter mandaretur. l. 26. *ff. de testam. tut.* 13 *Nov.* 94. *c.* 1. Hodie extensum id est ad avias. *Authent. Matri & aviæ. J. h. t.* 14 Hodie remissum hoc est. *Auth. Sacramentum. J.* 15 Mater si contra jurisjurandi fidem iterum nubit non rediditis rationibus nec petito alio tutore, filii habent tacitam hypothecam, tam in vitrici, quam in matris bonis. idde l. 6. *J. in quibus causis pign. vel hypoth.* 16 Id hodie abrogatur: præferuntur enim matres & aviæ tutoribus datis & legitimis. *Authent. Matri & aviæ. J. h. t.* 17 l. 1. *supr. de tut. illustr.* 18 Tutelam filiorum matres sine ullo impedimento gerere possunt, verum simul atque ad secundas nuptias transierint, pelluntur a tutela. S. Harm. 11. §. 34. 19 Ampliatur lex *in pr. supr. eodem* ad avias. 20 Mater præfertur aviæ in tutela liberorum administranda, utpote propinquior.

21 In tutela liberorum gerenda mater præfertur quibuscunque adgnatis liberorum. 22 Tutelam liberorum gerere matri, & aviæ licet, dum Senatusconsulto Velleiano, & fecundis nuptiis renuncient, *ut hic.* 1. Harmen. l. 6. 27. verum novo jure secundis nuptiis renunciare non coguntur: cum tacite ipsis fecundis nuptiis a tutela removeantur. *Authent. prox.* 23 Derogatur legi 2. *verf. Hirtilla.* hic: *vel legitima defuerian. S. eod.* 24 Derogatur legi 2. *in princ. ibi: sacramento præstito. S. eod. & Novell.* 22. *c.* 40. Goth. Textum dijudab. 25 Exceptio ad l. 8. *J. in quib. caus.* Rittershusius *in expofit. Novell. part.* 8. *c.* 2. Aul. 25 Exceptio ad l. 8. *J. tit. prox.* 26 Pitii ut inventarium faciat. l. 24. *J. de admin. tut.* 27 Naturalibus etiam liberis matres pollunt esse tutrices. *l. ult. J. de confirmando tutore.* 28 Mater tutelam liberorum affectans, renunciare Velleiano cogitur. *Nov.* 118. *cap.* 5. In Gallia locum idnon habet; & ita placito Senatus Burdegalensis decretum, anno 1421. Julii 26. uti Bignonius *in legibus abrogatis* refert.

29 Renunciationem quæ fit omni legum auxilio & juri introducto in favorem sexus obtinet aliquod beneficium in prajudicium pupillorum. Quid si talis renunciatio fuerit omissa? Baldus in *Authent. Matri & aviæ. supr. eod.* negat valere decretum interpositum super tutela matris & aviæ: nec eas præsumi renunciasse, ideoque juvari juris ignorantia. *l. ult. supr. de juris & facti.* quod paulo videtur durius: Æquiores existimo, quibus id placet, mulieres tutelam fuscipiendo tacite videri suprascitis juribus renunciasse: fed & eas omnes præsumisse quibus ad tutelam se veniunt, facit l. 27. *ff. de adquir. vel amitt. possed.* l. 30. *ff. de verb. oblig.* Addit Rolandus a Valle *t. 2. cons.* 13. *num.* 6. & *sequent.* ad 22. a multis exiftimari; ex clausula (qua videlicet renunciamus omni juris legumque auxilio) videri renunciatum l. 6. & 12. *ff. de transact.* de non vitis & cognitis verbis testamenti quam tamen opinionem non probat, *num.* 26. ad hæc beneficio juris municipalis, item beneficio ne in folidum conveniantur, beneficio inventarii, cedendarum, excutiendi, ordinis, divifionis, beneficio non abstrahendi de domo, revocandæ donationis ob mutatam inlinuationem, beneficio non incarcerandi, fimulationis. Ad hæc tolli purgationem more, conductori denegari remissionem occasione belli superveniendi. Denique his & similibus renunciatum videri. *Gosb.* Vid. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 157. Ant.

30 Tutorem habenti cur non omnibus casibus tutor dari possit, dicam *J. h. t.*

31 Die in locum absentis Reipubl. causa, l. 1. *J. h. t.* excusati, l. 2. *J. h. t.* suspecti, removoti, defuncti, relegati, l. 4. *J. h. t.* 32 Casus, tutorem habenti tutor vel curator dari potest. ut l. 4. *J. h. t.* 33 l. 1. l. 2. & l. 4. *J. h. t.* l. 9. *J. qui petant tut.* l. 9. *supr. qui dare tutor.* 34 l. 8. *ff. l.* 5. *J. h. t.* l. 10. *supr. qui dare.* l. 20. *in fin. ff. de tutorib. datis.*

35 In locum absentis reipublicæ causa, licetis tutor esse non desinat, alius tutor dari potest. hæc lex exceptio est ad l. 4. *J. h. t.* 36 l. 12. *ff. de tut.* l. 11. *in fin. ff. de tutor. dat. ab his.* l. 3. & 10. *ff. de suspectis.* l. 45. *ff. de excusationib. ff. de tut. & curat. distribend.* 37 Curator in locum datus absentis eo reverso, seu finita absentia, deponit officium, fecit l. 14. §. 1. *ff. de tutelis.* 38 In locum tutoris excusati potest curator dari. l. 4. *in fin. J. h. t.* l. 11. §. 1. l. 28. *ff. de test. tut.* Ripian. 11. §. 23. & hæc vox exceptio est ad l. 4. *J. h. t.* 39 Imo tutorem ex Senatusconsulto dari oportuit. l. *si quis sub condition.* 11. *ff. de test. tut.* Die, curatorem huic tutelæ esse tutoris: cum ultra pubertatem non duret hæc lege. Unde tutelæ, sive curatoris autem nullo fit potestas in personam? 40 l. 1. *J. qui petant tutores vel curatores.* l. 25. *ff. de tutoribus datis. princ. Instit. quibus modis tutela finitur.*

41 Propter diffusum patrimonium tutori curator adjungi potest. Hæc lex excepto est ad l. 4. *J. h. t.* l. 11. *in fin. J. de excusf. tutor.* 42 l. 9. *supr. qui petant tutores.* l. 9. *supr. qui dare tutor.* Paul. 4. *sententi.* 13. §. 2. 43 Curatorem habenti potest. l. 20. *in fin. ff. de tutor. & curator. datis.* Cur tam varie? An quia dutio tutoris est ex inquisitione, quæ decreto [actus] sit an legitimi [vel peraquntur, nec iteruntur? An quod pupillus in tutoris potestate sit, & nemo possit in duorum potestate esse: ita ut sit potestas cujusque in solidum, nisi pro uno habeantur, ut cum sunt conjunctim dati duo, pluresve, curatoris autem nullo fit potestas in personam?

44 Tutorem habenti certis ex causis alius substituti a judice potest: puta in locum absentis reipublicæ causa. l. 1. excusati propter diffusum patrimonium. l. 2. 3. *supr. h. t.* rerum aliarum. l. 21. *in fin. ff. de excusat.* In locum furdi, muti, furiosi. l. 17. *ff. de tutelis.* adde & casum l. 15. *ff. de tut. & alium ex l.* 17. *in fin. ff. de appellationibus.*

let in locum suspecti [1], qui convictus ac remotus [2] est, & in locum excusati [3], vel defuncti [4], vel relegati [5] tutoris. PP. Idib. Mart. SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De curatore tutori adjuncto.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. Zenoni.

CUm ob augmentum [6] facultatum curatores adjungi [7] soleant, non prius dati tutores [ab] administratione eorum liberantur. Sane si ejus qui administravit, tempore finitæ tutelæ fuit solvendo [8]: fecuti temporis periculum ad te pertinere non [9] potuisse manifestum est. Dat. 3. Kalend. April. CC. CONSS. 293.

TIT. XXXVII.

DE ADMINISTRATIONE [10] TUTORUM VEL CURATORUM, ET [11] PECUNIA PUPILLARI FOENERANDA, VEL DEPONENDA.

De pecunia pupilli vel minoris.

In AUTHENT. ut hi qui oblig. se hab. §. quoniam. col. 6. tit. 1. al. 2. Novell. 72. cap. 6.

NOvissime [12] *cautum est, a curatore pecuniam pupillarem non esse fœnerandam: Quod si fecerit, mutui subjacebit periculo: nisi mobilis sit ejus substantia cujus cura administratur: tunc enim curator illud solum mutuare cogetur, quod ad dispensationem sufficiet adolescentis, ejusque rebus: quod vero plus est, caute reconditur: vel nisi ex necessitate hoc fecerit, veluti propter expensas in pupillum faciendas.*

Curatorem non teneri pro tutoribus præcedentibus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Modesto.

FRustra times administrare res adolescentis, cujus curator es, ne ex hoc aliquis existimet commune periculum prioris temporis te recepisse, sed ea quæ agenda putas age: & (quod magis interest [13] omnium partium) insta: ut Judex inter [14] te, & tutores datus [15], quamprimum partibus suis fungatur. PP. 12. Kal. Octob. ALBINO, & ÆMILIANO CONSS. 207.

Curatorem administratione durante a collega non conveniri.

2. Idem AA. Timoni & Elpidophoro.

ADversus curatorem adolescentis cui collegæ [16] dati estis, quamdiu administratio communis durat, exerceri judicium non potest. PP. 2. Kal. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De sumptibus.

3. Imp. ANTONINUS A. Eumoso.

SUmptus [17] in pupillum tuum necessario [18], & ex justis honestisque causis Judici qui super ea re cognaturus est si probabuntur [19] (facti) accepto ferentur: etiamsi [20] Prætoris decretum de dandis eis non sit interpositum. Id namque quod [21] a tutoribus sive curatoribus bona fide erogatur, potius justitia [22] quam aliena auctoritate firmatur. 14. Kal. Septemb. DUOBUS & ASPERIS CONSS. 213.

De liberto tutore.

4. Idem A. Proculæ.

NIsi eam pecuniam, quam constiterit libertum [23] paternum tutorem filiæ tuæ rationi ejus debere, vel depositurit [24], vel in prædiorum comparationem converterit, remittitur ad Præfectum Urbi, secundum ea quæ constituta sunt arbitrio ejus puniendus. PP. 12. Kalend. Octobr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De rationibus condemnatis.

5. Idem A. Rufino.

FRustra tutores quondam adolescentium quorum curam administras, judicatum [facere] detrectant, cum exacta pecunia possit auctoritate Præsidis in depositi [25] causam haberi. PP. Kalend. Jun. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De calumniosis actionibus non intentandis.

6. Imp. ALEXANDER A. Paconio.

NOn est ignotum, tutores vel curatores [adolescentum], si nomine pupillorum vel adultorum scientes calumniosas [26] instituant actiones, eo nomine condemnari oportere: ne sub prætextu [27] nominis eorum propter suas simultates fecure [28] lites suas exercere posse existiment [29]. PP. 6. Idib. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De forma alienandi testamento data.

7. Idem A. Valerio.

TUtelam pupillorum tuorum sic administrare debes, ne ædificium quod his relictum est, contra formam [30] alienandi testamento datam vendas. PP. 6. Idib. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De curatore qui non administravit.

8. Idem A. Aprili.

ETsi scisses [31] te curatorem datum nec administrasse: cæteris curatoribus, & administrationem peragentibus, & sufficientibus [32] damno præstando, contra te actio dari non potest. Sin [33] autem nescisses [34] te curatorem datum, etiamsi solvendo cæteri non sint, damni periculum ad te non redundat. PP. 7. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De dote constituenda.

9. Idem A. Inclytæ.

SI curatores habes, hique dotare [35] te bonis tuis [36] cessant: adito Præside provinciæ impetrabis, ut quod moderatum [37] est honestæ personæ, præstare cogantur. PP. 17. Kal. Maji, AGRICOLA & CLEMENT. CONSS. 231.

De liberto curatore.

10. Idem A. Rufinæ.

SI liberti [38] ejusdemque curatoris culpa, vel fraude ratio vestra læsa sit: farciri damnum ab eo qui dedit, Præses provinciæ curabit: Non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. 2. Kal. Aug. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De tutore qui non appellavit, vel appellationem non prosecutus est.

11. Imp. GORDIANUS A. Cæcilio.

SI bonam [39] causam ea, cujus tutor es, habuit, & adversus latam sententiam non [40] appellasti, seu post appellationem provocationis solemnia implere cessaveris, tutelæ judicio indemnitatem pupillæ præstare debes. PP. Id. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De fraude tutorum, de negligentia curatorum, de fœmina minore viginti quinque annis.

12. Idem A. Octavianæ.

DE his, quæ in fraudem administrationis a tutore gesta, vel negligenter acta a curatoribus eorum, quibus successisti, allegas, agere debes: si modo annos legitimæ ætatis implesti. Neque [enim] ignoras non [41] multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis ad rerum suarum administrationem, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. 3. Non. Octob. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Satisdatio de rato.

13. Idem A. Longino.

TUtores debita pupillaria, seu deposita reposcentes, ad satisdationem [42] compelli non posse, manifestum est. PP. 8. Kal. Maji, ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De rationibus reddendis.

14. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Clementi.

RAtiones [43] curæ [44] administratæ ante impletum quinum & vicesimum annum durante [45] officio posci jure non posse, manifestum est [46]. PP. Prid. Non. August. PHILIPPO A. II. [47] & TITIANO CONSS. 249.

De eo, qui signavit ut curator.

15. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Licinio.

SI non subscripsisti [48] quasi fidejussor: frustra vereris, ne ex ea intercessione qua signasti ut curator [49], olim liberatus (ut affirmas) sententia Præsidis, ex officio curatoris conveniri possis. PP. Prid. Non. Mart. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

1 Vide l. ult. §. 10. *J. de curatore furios.* 2 l. 2. *supr. h. t.* 3 l. 11. §. 1. *ff. de testam. tut.* 4 l. 3. *supr. qui petant tutores.* 5 Relegatio excusationis species. d. l. 3. l. 11. *in fin.* l. 3. §. 9. *ff. de leg. tut.* Cujacius eminuavit *deportati.* nisi forte vox *legati* hic accipienda sit pro *Deportati.* Cujacius ad l. 8. 9. *ff. de excus. tutor.* ab ea tamen enumeratione difficili. idde Paul. 2. *sentent.* 25. §. 8.

6 Propter auctas pupilli facultates tutori curator folet adjungi. l. 9. *in fin. ff. de administr. & peric. tutor.* 7 Alius licet tutor adjungatur, prior non liberatur. 8 l. 39. §. 16. *ff. de administr. & peric. tutor.* 9 Cur ita? colligo ex l. 1. *in fin. J. de divisionda tut.*

10 l. 26. *D.* 7. & 3. *C. Theod.* 19. *Novell.* 72. *cap.* 6. 87. 11 Tutorum administrationis partes sunt hæ: inventarium facere: pecuniam otiosam ad proximum rusticorum emptionem deponere: si prædia nulla occurrunt emenda, fœnerari: cæteras res diligenter custodire: in judicio pupillos suos & admitos defendere. 12 Id est, ex *Novell.* 72. *cap.* 6. Goth. Vid. Rittershus *in expos. Nov. part.* 8. *cap.* 6. & *not. ad l.* 37. 9. 1. *ff. de negot. gest. Ant.* 13 Adde l. *cum Stichus.* 29. *ff. de solution.* 14 Curator adulti pro tutoribus antecedentibus non tenetur, nisi negligentia in exigendo possit eis imputari. vide J. *quando ex facto tutori.* 15 Datos. 16 Plures cum tutelam gerunt, alter in alterum *in* is agit, ut universalis administrationis ratio reddatur. l. 12. l. 18. §. 20. *in fin. ff. h. t.* Pro universali curatione non potest agi; nisi finito officio. Baid. vide Cujac. 17. *obf.* 7. *in fin.* 17 l. 33. *in fin. ff. h. t.* Potestne tutor filarium exigere? potest. d. l. 33. *in fin.* vide Wurmf. 1. *praet.* 35. *cap.* 11. 18 Puta in alimenta. l. 2. *J. de aliment. pupill.* 19 Probare sumptus debet is, qui sumptus fe fecisse ait. facit l. *si pars pro redemptione.* 26. *in fin. pr. J. de donat.* l. 1. §. 5. *ff. de tutela & ration. distrab.* 20 Nim expedit quodcunque non interponi. d. l. 2. 21 Naturali sultitia quod confirmatur, non eget alia confirmatione. *Baid.* 22 Probatione alia non indigent que naturali justitia confirmantur. l. 3. 6. 7. *ff. de cond. causa data.* l. 13. 8. 7. *ff. de excusat. tutor.* 23 l. 10. *J. h. t.*

24 Tutor debitor pupilli pecuniam debitam pupillo deponere debet ad prædiorum comparationem. Minus eft depositile, quam comparabis: alternum tamen exigitur, *ut hic:* adde l. 6. §. 4. *ff. h. t.* 25 Summa liquida non potest tuto solvi minori propter metum restitutionis. l. 1. *supr. ff. adverf. solut.* Non tamen eo prætextu potest tutor aut alius debitor pupilli, vel minoris pecuniam penes se retinere. Cogitur enim pecuniam deponere vel consignare. l. 5. l. 7. §. 7. *ff. h. t.* l. 73. *in fin. ff. de procur. & cognit.* l. 56. §. 1. *ff. mandati.* l. 61. *ff. de solutionibus.* vide Mollinæum *de usur. quæst.* 39. *num.* 298. 26 Tutor calumniam, vel suspiciones caveam actionem intendens, proprio nomine obligatur. l. 9. §. 6. *in fin. ff. h. t.* l. 7. §. 2. *in fin. ff. de leg.* 2. bonam movere cogitur & appellare. l. 11. *J. h. t.* 27 Prætextu officii calumniam committi non oportet. 28 Securi. 29 Existimentur. 30 Cautela formam datam a testatore non debet tutor rem pupilli vendere. l. *ult. supr. de rebus alienis.* Imo potest vendere, & ea in re patris præcipuum negligere. l. 5. §. 9. *ff. h. t.* 31 Scienstse tutorem, de negligita tutela tenetur, si gerens solvendo non sit. l. 3. *J. de divisd. tut.* l. 4. §. 3. *ff. rem pupill. falso.* adde l. 19. *J. h. t.* 32 Exceptio excussionis tutori vel curatori qui non gessit, adversus eum qui gessit competit. 33 Ignorans se tutorem, tutelæ non tenetur. 34 Vide l. 5. *J. de periculo tut.* 35 Dotem fibi conflitui, & eo nomine adversus curatores morum committentes agere adulta: sed & officium fuper ea re judicis implorare potest. facit l. 12. *ff. h. t.* l. 4. *J. ff.* 37 d. l. 43. l. 60. *ff. de jure dot.* l. 22. §. 4. *ff. ad SC. Trebell.* 38 Libertus male administ ans removetur a tutela, eaque privatur. l. 4. 3. *h. t.* 39 Cui contraria eft calumniosa, & supervacua. l. 6. *supr. h. t.* 40 Datur in bona causa cogitur appellare, & oppellationem profequi, alioquin litis nomine tenetur. Eft enim officium tutoris utilia non prætermittere, inutilia non admittere. l. 27. 3. *de epi cop. and.* 41 Defectus ætatis non fuppletur numero liberorum. l. 2. *supr. dero. tempor. restit. l.* 28 *fin. supr. qui & adverf. quos.* l. 2. *ff. de minor.* 42 Tutor agens pupilli nomine non tenetur cavere de rato. l. 23. *ff. h. t.* 43 Rationes a curatore an. quam 25. annum minor expleverit, non exigentur tantisper dum curator gerit. S. Harm. 11. §. 35.

44 Curator tenetur ad rationes reddendas, ut & quivis alienam administrationem fuscipiens. vid. Rol. a Valle 1. *cons.* 49. 45 l. 2. *supr. n. t.* 46 Imo non eft manifestum, sed fallum. l. 4. *in fin. h. t.* 16. *in fin. ff. de tut. & ration.* Goth. Vid. l. 9. §. 4. *ff. de tut. & rat. Aul.* 47 Ter. l. 48 Vid. que dixi ad l. 15. *supr. ff. cert. per.* 49 De eo quod quis facit ut tutor vel curator, vel procurator, vel gestor alterius, suo nomine convenitur non potest. l. *ult. ff. de regil. act.* Vid. Wurmf. 1. *pract.* 39. *c.* 10.

De alienatione rerum pupillarium.

16. Iidem AA. & CC. Proculo.

NOn omni [1] titulo res pupilli poteſtatem alienandi [2] tutores habent: ſed adminiſtrationis tantum cauſa diſtrahentes, quæ eis venundare licet, juſtam cauſam [3] poſſidendi comparantibus præſtant. Cum itaque donandi [4] nulla [5] ratione res eorum, quorum adminiſtrant negotia, poteſtatem habeant: vindicare dominium a poſſidentibus non prohiberis. Dat. 10. Kal. Maji, *Heraclīæ*, AA. CONSS. 287.

De teſtamenti factione, vel donatione.

17. Iidem AA. & CC. Martiali.

DE ſucceſſione ſua [6] tutores fruſtra timent: cum his qui tutelam adminiſtraverunt, teſtamenti factio non denegetur, nec de bonis ſuis donare aliquid prohibeantur. S. 16. Kal. Novembr. *Sirmii*, AA. CONSS.

De periculo nominum, & de pignoribus.

18. Iidem AA. & CC. Soterico.

DEbitoribus pupillæ pro officii ratione tutorem te conſtitutum adſeverans, ad te nominum [7] periculo pertinente, parere ſolutioni [8] denuntia [9]. Qui ſi fatis non fecerint: in venditione [10] pignorum uti [communi] jure potes. S. Prid. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De abſente tutore dato.

19. Iidem AA. & CC. Vindiciano.

TUtor licet abſens [11], decreto datus, ſi ſciens [12] ſolenniter ſe non excuſaverit, adminiſtrationi conſtituitur obnoxius. S. 3. Idib. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris.

20. Imp. CONSTANTINUS A. Euſemianæ.

PRo [13] officio adminiſtrationis tutoris vel curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquam pignoris [14] titulo obligata, minores ſibimet vindicare minime prohibentur. † Idem eſt, & ſi tutor, vel curator quis conſtitutus, res minorum non [15] adminiſtraverit. Dat. 7. Kal. April. *Treveris*, VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De donationum conditione neglecta.

21. Idem A. Maximo P. P.

[P]Upillorum [16] ſeu] minorum defenſores, ſi per eos donationum conditio [17] neglecta [18] eſt, rei amiſſæ [19] periculum præſtent. Dat. 3. [20] Kal. Februar. *Romæ*, SABINO & RUFINO CONSS. 316.

De alienatione rerum pupillarium.

22. Idem A. ad Populum.

LEx [21], quæ tutores curatoresque neceſſitate adſtrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, veſtes, cæteraque mobilia pretioſa [22], urbana etiam [prædia, &] mancipia, domos, balnea, horrea, atque omnia quæ intra civitatem ſunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent, præter [23] prædia & mancipia [24] ruſtica, multum minorum utilitati adverſa eſt. Præcipimus itaque, ut hæc omnia [25] nulli tutorum curatorumve liceat vendere: niſi [26] hac forte neceſſitate & lege, qua ruſticum prædium atque mancipium vendere, vel pignorare, vel [in [27] donationem] propter nuptias [28], vel in dotem dare in præteritum licebat: ſcilicet per [29] inquiſitionem [30] judicis, & probationem cauſæ, interpoſitionemque decreti, ut fraudi locus non ſit. † Ante omnia igitur urbana [31] mancipia, quæ totius ſupellectilis notitiam gerunt, ſemper in hereditate & in domo retineantur: nam boni [32] ſervi fraudem fieri prohibebunt: mali, ſi res exegerit, ſub quæſtione [33] poſiti poterunt prodere veritatem: atque ita omnia obſervabunt, ut nec inventarium [34] minuere, nec mutare, vel ſubtrahere aliquid tutor valeat: Quod in veſte, margaritis, gemmis, & vaſculis, cæteraque ſupellectili neceſſarium eſt. Et tolerabilius [35] eſt (ſi ita contigerit) ſervos mori ſuis dominis, quam ſervire extraneis: quorum fuga [36] potius tutori adſcribitur, ſive negligentia diſſolutam eſſe patiatur diſciplinam, ſive duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos execrantur, ſed magis diligunt: ita ut hæc lex per hoc quoque melior antiqua ſit. Tunc enim remota ſervorum cuſtodia etiam vita minorum ſæpius prodebatur. † Nec vero domum [37] vendere licet, ſi ita contigerit) ſervos mori ſuis dominis, quam ſervire extraneis: quorum fuga [36] potius tutori adſcribitur, ſive negligentia diſſolutam eſſe patiatur diſciplinam, ſive duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos execrantur, ſed magis diligunt: ita ut hæc lex per hoc quoque melior antiqua ſit. Tunc enim remota ſervorum cuſtodia etiam vita minorum ſæpius prodebatur. † Nec vero domum [37] vendere licet, ceat in qua defecit pater, minor crevit, in qua majorem [38] imagines aut [non] videre fixas, aut revulſas videre, fatis eſt lugubre. Ergo & domus, & cetera omnia immobilia [39] in patrimonio minorum per maneant [40]: nullumque [41] ædificii genus, quod integrum hereditas dabat, collapſum tutoris fraude depereat. Sed & ſi parens vel ille cujuscunque heres eſt minor, reliquerit deformatum ædificium: tutor teſtificatione operis ipſius, & multorum fide, id reficere cogatur: ita enim annui reditus plus minoribus conferunt, quam per fraudes pretia diminuta. † Servi [42] etiam qui aliqua ſunt arte præditi, operas ſuas commodo minoris inferant, & reliqui qui in uſu minoris domini eſſe non poterunt, quibusque ars nulla eſt, partim labore ſuo, partim alimoniarum taxatione paſcantur: lex enim non ſolum contra tutores, ſed etiam contra [43] fœminas immoderatas atque intemperantes proſpexit minoribus: quæ plerumque novis maritis non ſolum res filiorum, ſed etiam vitam [44] addicunt. † Huic accedit, quod ipſius *pecuniæ* [45] (in [46] quo robur omne patrimoniorum veteres poſuerunt) fœnerandi [47] uſus vix diuturnus, vix continuus, & ſtabilis eſt: quo ſubſecuto, intercidente ſæpe pecunia, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. † Jam ergo venditio tutoris nulla ſit ſine [48] interpoſitione decreti. Exceptis his duntaxat veſtibus [49], quæ detritæ uſu, ſeu corruptæ ſervando [50] ſervari non poterunt. † Animalia [51] quoque ſupervacua, quamvis minorum, quin veneant, non vetamus. Dat. Id. Mart. CONSTANT. A. VII. & CONSTANTINO C. CONSS. 326.

De canone non ſoluto.

23. Idem A. Felici.

SI [52] tutoris, vel curatoris culpa, vel dolo, eo quod vectigal [53] prædio emphyteutico impoſitum minime dependere voluiſſent, minoris [prædium] fuerit amiſſum: damnum quod ei contigit, ex ſubſtantia eorum reſarciri neceſſe eſt. Dat. 13. Kalend. Maji, *Conſtantinop.* DALMATIO, & XENOPHILO CONSS. 333.

De Inventario faciendo.

24. Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Eutychiano P. P.

TUtores [54], vel curatores, mox [55] quam [56] fuerint ordinati, ſub [57] præſentia publicarum [58] perſonarum [59] inventarium [60] rerum omnium [61] & inſtrumentorum ſolenniter facere curabunt [62]. Aurum, argentumque, & quicquid vetuſtate [63] temporis non mutatur, ſi in pupilli ſubſtantia reperiatur, in tutiſſima cuſtodia [64] collocent: ita tamen ut ex mobilibus aut prædiis idonea comparentur [1], aut ſi forte (ut adſolet) idonea non potuerint inveniri, juxta antiqui juris formam uſurarum [2] creſcat [3] acceſſio: quarum exactio ad periculum [4] tutorum pertinet. Dat. 7. Kal. Mart. *Conſtantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

Si debitor pupilli ſolvat.

25. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SAncimus: creatione tutorum & curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos ſolutionem facere: ita tamen, ut prius ſententia [5] judicialis ſine omni damno celebrata hoc permiſerit: quo ſubſecuto, ſi & judex [hoc] pronunciaverit, & debitor perſolverit: ſequitur hujusmodi cauſam pleniſſima ſecuritas, ut nemo [6] in poſterum inquietetur: non enim debet quod rite, & [7] ſecundum leges ab initio actum eſt, ex alio eventu reſuſcitari. † Non autem hanc legem extendimus etiam in his ſolutionibus, quæ vel ex conſtitutione [8], vel ex penſionibus, vel aliis hujusmodi cauſis pupillo, vel adulto accedunt: ſed ſi extraneus debitor ex fœneratitia [9] forſitan cautione, vel aliis ſimilibus cauſis ſolutionem facere, & ſe liberare deſiderat: tunc enim eam ſubtilitatem obſervari cenſemus. Dat. 10. Kal. Mart. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Ne auctoritas interpoſita noceat tutori, vel curatori.

26. Idem A. Joanni P. P.

CUm quædam mulier teſtamento condito filium ſuum præteriiſſet [10], idem autem filius, qui præteritus erat, vel fratris, vel extranei eſſet tutor, vel curator, qui ſcriptus a matre tutoris fuerat heres: in præſenti ſpecie manifeſtiſſimum erat, ſtare tutorem, vel curatorem in præcipiti [11] loco: ſive enim auctoritatem [12] ſuam, vel [13] conſenſum [14] de adeunda [15] hereditate præſtare pupillo, aut adulto minime voluerit, ne ex hac cauſa ſua jura aliquod patiantur præjudicium (ſatis enim imminet periculum tutelæ, vel utilis negotiorum [16] geſtorum actionis, ne pupillus, vel adultus, utpote ex illius tarditate læſus, litem ei ingerat) ſive hujusmodi timore perterritus auctor fuerit pupillo vel adulto, periculum emergebat: dum [17] enim alii conſentit, ipſe ſua jura perdit: videbatur etenim confirmare matris fuæ judicium quod oppugnandum eſſe exiſtimabat: & multæ aliæ inſuper ſpecies oriuntur [18], ex quibus verendum eſt tutori, vel curatori circa ſuas res præjudicium [pararī:] puta in hypothecis, & aliis variis cauſis. Invenimus autem generaliter definitum, poſt officium depoſitum omnes actiones, quas tutor, vel curator ex neceſſitate [19] officii ſubierit, in quondam pupillum, vel adultum transferri [20]. Quare tam optimo exemplo argumentari [21], [nec non] & aliis omnibus cauſibus, in quibus veretur tutor vel curator, ne præjudicium ei aliquod fiat, timbrem ejus removemus: Damus igitur eis cum ſumma fiducia res pupillorum, vel adultorum gubernare: ſcituris, quod lex noſtra eis jura immutilata reſervat, nihil [22] ex hujusmodi auctoritate, vel conſenſu præjudicii fubituris. Dat. 10. Kal. Septembr. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Ad l. 25. ſup. h. t. de uſuris.

27. Idem A. Joanni P. P.

COnſtitutionem, quam nuper [23] feci mus, diſponentes, quemadmodum debent ſolutiones in contractibus minorum fieri ſive ex reditibus [24], ſive ex penſionibus, ſive ex aliis ſimilibus cauſis, etiam in uſuras extendimus [25]: quæ tamen non ſummam, neque ex multis annis collectæ jam debentur, biennales metas, & centum ſolidorum quantitatem minime excedentes. Dat. 10. Kal. Novembr. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De eo, qui in tutela, vel curatione eſt deſcribendo 5. & de rerum ejus alienatione

28. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus, neminem tutorum vel curatorum pupilli, vel adulti, vel furioſi, aliarumque perſonarum, quibus tam ex veteribus, quam ex noſtris [legibus vel] conſtitutionibus creantur curatores, defenſionem [26], quam pro lite [26] ſuſceperunt, recuſare: ſed ab initio litis modis omnibus memoratas perſonas defendere, & litem præparatam ſecundum leges inſtruere: ſcientes, quod hoc munus neceſſarium [27] eſt, tam tutelæ, quam curationi. Et ſi hoc recuſaverint, vel ſubire diſtulerint: non ſolum utpote ſuſpecti [28] amoveantur, amiſſa eorum exiſtimatione, ſed etiam ex ſubſtantia ſua omne detrimentum, quod antelatæ perſonæ ex recuſatione defenſionis ſuſtinent, refarcire cogantur. §. 1. Sed & ſi quis ex quadam interpellatione admonitus pro litis inſtructione conſuetam cautelam expoſuerit, vel poſt litem conteſtatam, quam per ſe, non per procuratorem ſuſceperit, vel demens [29], vel furioſus factus fuerit: ſanctimus, continuo [30] curatorem ei in competenti judicio [31] ordinari, cura & proviſione tam Judicis, ſub quo lis vertitur, quam cognatorum & propinquorum, & actoris, ſi voluerit: ut non ab eo inſtituta lis diutius protrahatur: neceſſitatem habente creato curatore defenſionem ſubire, & cætera litis adimplere.

§. 2. Perſonis [32] etiam, quæ periculo proprio, vel ſuæ ſubſtantiæ tutores, vel curatores petierunt (ſive matres [33] [forte] fuerint, ſive quidam alii) compellendis eos, quos ordinaverint [34] tutores vel curatores, præparare talem ſubire defenſionem: vel ſi illi noluerint hoc facere, & propter hujusmodi defenſionis recuſationem a tutela, vel curatione removeantur; neceſſitatem imponimus memoratis perſonis alios tutores, vel curatores ordinare in ipſis geſtis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex ſua confeſſione declarantes talem ſubire defenſionem. Ne autem tales perſonæ ſine proviſione debita relinquantur, vel contra eos agentium jura diutius protelentur, ſancimus, continuo, id eſt, poſt recuſationem defenſionis, in cauſibus videlicet, in quibus (ſicut dictum eſt) hoc fieri poſſit, creationem aliorum tutorum, vel curatorum celebrari: cognatis [35], aliisque propinquis & adfinibus, vel creditoribus [36], vel aliis quorum [37] intereſt, adeuntibus, vel admonentibus eos, qui ſecundum leges jus habent tutores, vel curatores conſtituere. §. 3. Defenſionem autem & nomen ejus in hoc caſu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores, vel curatores gravamen ſibimet imponi, illam decernimus defenſionem eos ſubire, quæ non [38] ſatisdatione pro eventu litis conſtituitur, ſed ut tantummodo litem ſecundum legum ordinem pro pupillo, vel adulto aliisque perſonis inſtruant, licentiam ex hac noſtra auctoritate habentes, ſine [39] decreto, res quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis ſubſignare.

§. 4. Omnem autem dubitationem pro defenſione pupillorum & adultorum, aliarumque perſonarum penitus amputantes, ſancimus [40], omnes tutores vel curatores non [41] alias creari, niſi prius cum aliis ſolemnibus verbis, quæ pro gubernatione rerum, tam in geſtis, quam in cautionibus ab his conſcribuntur, & hoc ſpecialiter expreſſerint, *quod omnimodo ſine ulla dilatione defenſionem pro pupillis & adultis aliisque ſupra memoratis perſonis ſubire eos neceſſe eſt.* §. 5. Hisque adjicimus, nullam [neque] in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere [42] fructus, ſive qui ex ſubſtantia perſonarum, quarum gubernationem habent, inventi fuerint, (id eſt, vinum, oleum, & frumentum, vel cujuscunque ſpeciei ſunt) ſine decreto diſtrahere juſto [43] pretio, quod in his [44] locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noſcitur obtinere, & quæ ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniæ, cum alia pupillorum vel adultorum aliarumque perſonarum ſubſtantia adminiſtrentur. Dat. 12. Kalend. Novembr. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXVIII.
DE PERICULO [45] TUTORUM ET CURATORUM.

Notitiæ *cauſa datus tutor periculo ſubjacet.*

1. Imp. ALEXANDER A. Quarto.

ET qui notitiæ [46] cauſa liberti tutores dantur, quamvis ſoli adminiſtrandorum negotiorum pupillorum ſive adultorum facultatem interdum non accipiant, propter tenuitatem ſui patrimonii, periculo tamen omnes ſunt obligati: ſive ea, quæ ſcire debent, ex utilitate eorum tutores ſive curatores diſſimulaverint, ſive fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis participaverint, aut cum ſuſpectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obſequio ceſſaverint. PP. 9. Kal. Februar. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

In Diverſa provincia *adminiſtrans periculo non ſubjacet.*

2. Idem A. Saturo.

AD eos, qui in alia [47] provincia tutelam adminiſtrant, periculum adminiſtrationis ex perſona tutorum, qui in alia provincia reſidunt, non porrigitur. PP. Non. Jul. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

Non ſervanda, *vel in horreo ſervanda, ſi combuſta.*

3. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Gratiano.

SI res pupillares, quas [in] horreo conditas habere, aut etiam venundare debuiſti [48], in hoſpitio [49] tuo (ut adſeveras) vi ignis ad-

---

1 Ergo aliquo: ſunt enim alienationis variæ ſpecies & cauſæ. 2 Hoc innuit, Certis cauſis, alienandi facultatem tutoribus permitti: in reliquis alienantes juſtam cauſam poſſidendi non transferre. Male autem alienat, qui donat. *l. 22. in fin. l. 46. in fin. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. de tut. & ratiocin. nonnunquam tamen donare poteſt. l. 1. §. 12. in fin. ff. h. t.* 3 Tutor juſta de cauſa, hoc eſt, ex cauſis jure permiſſis res pupilli ſui poteſt alienare. 4 Non adminiſtrat, qui donat. 5 Poteſt igitur juſtis de cauſis donare. *d. l. 12.* 6 Tutela non efficit, quominus tutor de ſuis teſtari ſuaque donare poſſit. *l. un. ſupr. rem alienam gerentibus.* 7 Periculum nominum ſpectat ad tutorem. *Goth.* An & quando periculum nominum ad tutorem ſpectet, vid. late Hartman. Piſtor. q. 49. And. Adde *Cenſur. Forenſ. noſtrum & DD. ibi allegat. lib. 1. c. 18. n. 10. S. L.* 8 Vid. *l. 2. ſi. arbitr. tutel.* 9 Officio tutoris incumbit debitoribus pupilli denunciare ut ſolvant. 10 *l. 14. ff. de diſſr. pign.* 11 Tutor abſens poteſt dari. *Bald.* 12 *l. 8. ſupr. h. t. l. 1. §. 1. l. 3. in fin. ff. h. t.* 13 *l. 1. C. Theod. h. t.* 14 Bona tutoris & curatoris tacite pupillo, & adoleſcenti obligantur. *l. un. ſupr. rem alienam gerentib. l. un. §. 1. ſupr. de rei uxor. act. l. ult. verſ. Diſſeritis. ſupr. de legitim. tut. Novell.* 118. *c. 5. in fin.* vid. Negufantium. *2. de pignor. a. nunc. 5.* Quid ſi ipſe minor ſit adhuc annis viginti? vid. *d. verſ. Diſſeritis.* 15 Bona tutoris vel curatoris non modo pro male geſtis, ſed etiam pro non penitus geſtis, tacite obligata ſunt pupillo, vel adulto. 16 *l. 2. C. Theod. h. t. l. 1. verſ. Hiſque. C. Theod. de donat. l. 25. ſ. de donat.* 17 Tuta faciendi vel non faciendi, vid. *l. 25. ſ. de donat.* & ita tutor non implens conditionem utilem pupillo, tenetur ei, in quod intereſt. 18 Donationes *μονοπερῶν* non ſunt. dixi ad *l. 25. ſ. de donat.* 19 Id eſt, non quæſtite. *l. 7. ſ. arbitr. tut.* 20 *l. 2. C. Theod. h. t.* habet 4. Kalend. Novembr. S. L. 21 Orationem Severi intelligit, quæ extat in *l. 1. §. 2. ff. de reb. cor. qui.* 22 Mobilia pretioſa immobilibus comparantur. 23 V. *l. 1. §. 2. ff. de reb. cor.* 24 Vid. *l. 3. ſ. de præd. decur.* 25 Mobilia fcil. & prædia urbana ac ruſtica. Ruſtica & ſuburbana alienari non poſſunt, quod hic vetatur. vid. quædam ad hunc locum apud Duar. *2. obſcr.* 23. 26 Tutor vel curator nihil ex rebus minorum vendere poteſt, niſi ex juſta & probabili cauſa. Quin juſta cauſa alienandi non ſufficit. Nec enim res eas ſine decreto judicis alienare poteſt, excepta velte ulii detrita, & iis quæ ſervando ſervari non poſſunt, exceptis etiam animantibus pupillorum uſui ſupervacuis. *Synopſis Baſilic. 32. tit. 11. ex tit. 35. tit. 9. c. 30. & c. Harm. 41. §. 49.* 27 Quibus ex cauſis prædia minorum alienari poſſunt. 28 *l. ult. verſ. eum autem. ſ. primo ff. de cur. fur.* 29 Quibus ſolemnitatibus res minorum alienari oporteat. 30 De qua vide *l. 5. §. 9. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* 31 De urbanis mancipiis non vendendis ſine decreto, *ut hic. & verſ. ult. h. t.* deque eorum utilitate. Qui ruſtica? vid. multo minus poſſunt. Hac enim lege Conſtantinus nihil mutat orationi Severi, quæ ruſtica mancipia vetabat alienari. ſ. *eod. in princ.* facit. *l. 3. ſ. de præd. decur.* 32 Boni ſervi utilitas. 33 *l. 34. ff. h. t.* & ita per familiares & domeſticos probantur ea quæ fiunt in domo, id eſt, domeſtica. vid. *l. 8. §. 6. ſupr. de repudiis.* 34 Poſſunt enim res hujusmodi facile ſubtrahi ac mutari. 35 Occurrit objectioni, ut ex duobus malis minus eligatur. *l. 200. ff. de regul. jur.* 36 Præſumitur ex his pupillaris fugiſſe ob negligentiam, vel ſevitiam tutoris. 37 De ædibus paternis pupilli non diſtrahendis a tutore fine decreto, *ut hic. & verſ. ult. l. hoc facit. l. 25. ſ. de minor.* 38 Adde *d. l. 25.* Intereſt noſtra, res majorum nobis ſervari, facit *l. 25. ſ. de minor.* 39 Adde *d. l. 25. ff. de minor. l. 36. in fin. ff. de bonis libertorum. l. 1. §. 15. ff. ſi quid in fraudem patron.* 3. *Regum* 21. *ubi de Naboth & ejus vinea.* Plinius 2. epiſt. ad Valerianum: *Me prædia materna parum commode traſtant, delectant tamen ut materna.* Item lib. 7. ad Fabatum: *Maternis cedere, ne Curnelia quidem poſſum. Idco Brutus notatus eſt, quod paterna bona mancipaſſet,* qua de re locus extat Crulii oppido elegans apud Ciceronem 2. de Orat. *& Oratione pro A. Cluentio.* 6. Quintil. 3. Horat. 1. *ſerm.* 2. *Rem patris obimare, malum eſt, ubicunque.* Idem 1. epiſt. *Maxima ut rebus maternis atque paternis Fortiter abſumptis, wbsmus caput haberi ſocurro.* Cicero 6. in *Verrem: Graci turpitudinem ſummam arbitrabantur referri in literas publicas pretio parvo ea quæ a majoribus acceptæ vendidiſſe.* Herachides 1. *πολιτειῶν* refert turpe habitum apud Lacedæmonios, terram vendere: ut & apud Locros teſte Ariſtot. 2. *politic.* 6. unde lege Solonis *τὰ πατρῶα κατεδωμήτες, ατιμία.* qui bona paterna deconſiſſent, ab adminiſtratione Reip. remoti. Lactitius *in Solone*, hic adde Tiraquell. *de retractu, quæſt.* 46. Goth. Vid. etiam Menoch. 3. *præſumpt.* 83. Alb. 39 De rebus immobilibus pupillorum non alienandis ſine decreto, *ut hic. & verſ. ult. l.* Porro immobilium appellatione, pecunia deſtinata in prædiorum emptionem contractur. vide Romanum 1. *conſil.* 188. Forcatulum *Negotiantia cap.* 39. n. 5. 40 Immobilia minorum ſine decreto tutor alienare non poteſt, *ut hic:* ne quidem conſenſu pupilli ipſius. Quid? adventitia filii poteſtne pater ſine decreto alienare? vide Jaſonem *ad l. ſingularia. 15. ff. de reb. cred.* Ripam *ad l. obligationes. 6. nunc. 56. ff. de pignorib.* 41 Tutor domum pupilli prætextu inſtaurationis, deſtruere non debet, ut materias diſtrahat: nii incubite ruinam minentur, & inſtauratione indigeant. Quid ſi parent pupilli, vel alius qui hereditatem ſuam ad pupillum transmiſit, quam demiſit vel reſtituere ſub, tam tutelæ, quam curationi. Et ſi hoc recuſaverint, vel ſubire diſtulerint: non ſolum utpote ſuſpecti [28] amoveantur, amiſſa eorum exiſtimatione, ſed etiam ex ſubſtantia ſua omne detrimentum, quod antelatæ perſonæ ex recuſatione defenſionis ſuſtinent, refarcire cogantur. §. 1. Sed & ſi quis ex quadam interpellatione admonitus pro litis inſtructione conſuetam cautelam expoſuerit, vel poſt litem conteſtatam, quam per ſe, non per procuratorem ſuſceperit, vel demens [29], vel furioſus factus fuerit: ſanctimus, continuo [30] curatorem ei in competenti judicio [31] ordinari, cura & proviſione tam Judicis, ſub quo lis vertitur, quam cognatorum & propinquorum, & actoris, ſi voluerit: ut non ab eo inſtituta lis diutius protrahatur: neceſſitatem habente creato curatore defenſionem ſubire, & cætera litis adimplere.

§. 2. Perſonis [32] etiam, quæ periculo proprio, vel ſuæ ſubſtantiæ tutores, vel curatores petierunt (ſive matres [33] [forte] fuerint, ſive quidam alii) compellendis eos, quos ordinaverint [34] tutores vel curatores, præparare talem ſubire defenſionem: vel ſi illi noluerint hoc facere, & propter hujusmodi defenſionis recuſationem a tutela, vel curatione removeantur; neceſſitatem imponimus memoratis perſonis alios tutores, vel curatores ordinare in ipſis geſtis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex ſua confeſſione declarantes talem ſubire defenſionem. Ne autem tales perſonæ ſine proviſione debita relinquantur, vel contra eos agentium jura diutius protelentur, ſancimus, continuo, id eſt, poſt recuſationem defenſionis, in cauſibus videlicet, in quibus (ſicut dictum eſt) hoc fieri poſſit, creationem aliorum tutorum, vel curatorum celebrari: cognatis [35], aliisque propinquis & adfinibus, vel creditoribus [36], vel aliis quorum [37] intereſt, adeuntibus, vel admonentibus eos, qui ſecundum leges jus habent tutores, vel curatores conſtituere. §. 3. Defenſionem autem & nomen ejus in hoc caſu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores, vel curatores gravamen ſibimet imponi, illam decernimus defenſionem eos ſubire, quæ non [38] ſatisdatione pro eventu litis conſtituitur, ſed ut tantummodo litem ſecundum legum ordinem pro pupillo, vel adulto aliisque perſonis inſtruant, licentiam ex hac noſtra auctoritate habentes, ſine [39] decreto, res quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis ſubſignare.

§. 4. Omnem autem dubitationem pro defenſione pupillorum & adultorum, aliarumque perſonarum penitus amputantes, ſancimus [40], omnes tutores vel curatores non [41] alias creari, niſi prius cum aliis ſolemnibus verbis, quæ pro gubernatione rerum, tam in geſtis, quam in cautionibus ab his conſcribuntur, & hoc ſpecialiter expreſſerint, *quod omnimodo ſine ulla dilatione defenſionem pro pupillis & adultis aliisque ſupra memoratis perſonis ſubire eos neceſſe eſt.* §. 5. Hisque adjicimus, nullam [neque] in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere [42] fructus, ſive qui ex ſubſtantia perſonarum, quarum gubernationem habent, inventi fuerint, (id eſt, vinum, oleum, & frumentum, vel cujuscunque ſpeciei ſunt) ſine decreto diſtrahere juſto [43] pretio, quod in his [44] locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noſcitur obtinere, & quæ ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniæ, cum alia pupillorum vel adultorum aliarumque perſonarum ſubſtantia adminiſtrentur. Dat. 12. Kalend. Novembr. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXVIII.
DE PERICULO [45] TUTORUM ET CURATORUM.

Notitiæ *cauſa datus tutor periculo ſubjacet.*

1. Imp. ALEXANDER A. Quarto.

ET qui notitiæ [46] cauſa liberti tutores dantur, quamvis ſoli adminiſtrandorum negotiorum pupillorum ſive adultorum facultatem interdum non accipiant, propter tenuitatem ſui patrimonii, periculo tamen omnes ſunt obligati: ſive ea, quæ ſcire debent, ex utilitate eorum tutores ſive curatores diſſimulaverint, ſive fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis participaverint, aut cum ſuſpectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obſequio ceſſaverint. PP. 9. Kal. Februar. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

In Diverſa provincia *adminiſtrans periculo non ſubjacet.*

2. Idem A. Saturo.

AD eos, qui in alia [47] provincia tutelam adminiſtrant, periculum adminiſtrationis ex perſona tutorum, qui in alia provincia reſidunt, non porrigitur. PP. Non. Jul. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

Non ſervanda, *vel in horreo ſervanda, ſi combuſta.*

3. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Gratiano.

SI res pupillares, quas [in] horreo conditas habere, aut etiam venundare debuiſti [48], in hoſpitio [49] tuo (ut adſeveras) vi ignis ad-

---

1 De prædiis ex pecunia pupillari comparandis. 2 De pecuniis pupillaribus fenori occupandis. 3 Modie tutores non conſuntur pecuniis pupillares fenori dare. *Gudelin. de jure pecun. pupillar. ſupr. h. t. Novo. 72. c. 6.* 4 Quomodo periculum nominum ad tutores pertineat, vid. *l. 16. in fin. ff. h. t.* 5 Judicis decreto quævis pecunia ſolvi poteſt. *l. ult. ff. ut pras judicialis ſententi. ſupr. quibus alienare licet. l. 7. §. 2. ff. de minorib. adde* 8. *ſ. ubi. ſolut.* 6 Cur ita? colligi ex *l. 4. in fin. ſ. ad leg. Jul. de adult.* 7 Recte facta non revocantur. *c. 73. de regul. jur. in 6.* 8 Debitor ſine judicis decreto annuos reditus annuasque penſiones poſſit poteſt ſolvere. *l. 27. ſ. h. t.* 9 Fœneratitia pecuniæ pupillis citra judicis decretum ſolvi non poſſunt. *d. l. ult. Inſtit. quibus alien. licet vel non.* 10 Id eſt, exheredaſſet. Nam matris præteritio pro exheredatione habetur. *l. 7. Inſt. de exhered. lib.* 11 Res ita habet: Titia Mævium filium, quidenque tutorem Caji in teſtamento præterit Cajo bereve inſtituto, quo ſi vertat hic Mævius? ſi Cajo auteristatem ſuam, vel conſenſum de adeunda hereditate præſtiterit, infelix, vitebitur propriam exheredationem adprobaſſe, & matris hereditatem abdicaſſe. Si non præſtiterit, periculum tutelæ, vereſnum eſt ei, ne Cajo tutele judicio utili obſtringatur. 12 Hoc dicit reſpectu pupilli, *ut ſ. h. t.* 13 Vide Anton. Mercator. 1. *qut. 2.* 14 Hoc dicitur reſpectu puberis. *ſ. h. t.* 15 Sine decreto judicis, curatoris tamen conſenſu, adeunda hereditatem abſtinere poteſt. *hac lege.* vide Simoncellum *tract. de decretis. 2. Tit. 6. inſpectione* 5. 16 *l. 17. ſupr. de negotiis.* 17 *l. 12. l. ult. ff. de inofficioſa.* 18 Diverſa hanc ſententiam, & adde *l. 1. ſ. quando ex facto tutoris. l. ult. in fin. ff. ſi quis cautionibus.* 19 Neceſſitas officii excuſat. ita advocato non nocet neceſſitate facta accuſatio. *l. ult. ff. de poſtulando. l. 14. §. 9. ff. de bon. libert.* 20 *l. 4. §. 1. ff. de re judicata.* 21 Argumentum ita datur. Finita tutela vel cura transeunt actiones in pupillum & adultum; Poteſt itaque pupillus vel adultus a suo tutore vel curatore, poſt finitam tutelam convenire. 22 Licet tutor conſentiat ut tutor, non tenetur tamen jure proprio. *l. 14. §. 9. ff. de bon. libert.* 23 *l. 25. ſupr. h. t.* 24 *l. 25. in fin.* 25 Notat ex Curtore, adultum in lite pupillum defendere tenetur. *l. 30. ff. h. t.* 26 Tutor litem ſuſceptam deferre non poteſt. 27 *d. l. 30.* 28 Pœna tutoris vel curatoris pupillos, vel adultos ſuos non defendentis. 29 Tutoribus vel curatoribus lite cœpta furioſis factis, alius ſubſtituitur qui lites exequatur. 30 Lite etiam cœpta curator ad lites indigentibus datur. 31 Curator ad lites ab ipſo cauſa litisque judice datur. facit *cap. ult. de judic. in 6.* 32 Ad curam eorum qui ſe nentur pupillis tutores petere, petrere, tutores pupillis defendantur & ſi fuerint remoti, alii conſtituantur. adde *l. tutores vel curatores. 24. ſupr. h. t.* 33 Matris officio atque muneri incumbit, non tantum tutores petere, ſed etiam exequi, ut per eos pupilli recte defendantur. adde *Novell. 117. c. 1.* 34 Cautio quæ de hic agitur, non præſtatur a matribus, teſtamentariis, & legitimis tutoribus gerentibus, ſed dativis, hoc eſt, non cognuntur matres in id incumbere, vel in id curam ſuam intendere, ſunres ut liberorum omnes tutelam gerant, ſed ut ſi quos liberis ſuis tutores petierint, gerane: ut negligentia petiti a matre tutoris, ad ipſam matrem pertineat, at non teſtamentarii aut legitimi tutoris. 35 *l. 10. §. pup petabitur.* 36 *l. 4. jup. pro petent tutor.* 37 Vid. *l. 7. §. pui petent tutor.* 38 Tutor defenſionem pupilli promittens, ſatisdare judicium ſolvi, vel de rato non cogitur: ſed tantum judicio ſiſti. *l. 1. §. 3. ff. h. t.* coque nomine immobilia pupilli ſine decreto obligare. 39 Oderva caſum in quo per tutorem & curatorem poſſunt immobilia pupilli, & adulti citra decretione habetur. *§. 7. Inſt. de exhered. lib.* 11 Res ita habet: Titia Mævium filium, tum adnumium cautione deferri ſolent, nempe, ut tutor promittat defenſionem pupilli fui ultro & ſponte ſuſcipere, *ut hic.* Quid? hæc cautio eſtne adminiſtrum inſtrumento tutelari inſerendi? Babius ita putat. 42 Tutores vel curatores poſſunt fructus pupillares liceſervando poſſint ſervari, ſed & jumenta & animalia ſuperflua ſine decreto diſtrahere, pretiis tamen forenſibus & juſtis, id eſt, uſitatis eo loco in quo diſtrahuntur. *ad hic:* neque cogitur ea parte tutor annone caritates experire vel anquiri, ut eos fructus certus vendat, ſed nec tenetur in longinqua, & diſtita loca fructus pupillares mittere, ut eos pretio majore diſtrahat: ſufficit enim tutori, ut, quo loco fuerit, eos juſto pretio divendat. 43 Adde *l. 2. §. de reſcind.* 44 Id eſt, foreni pretio. *l. 63. ff. ad leg. Falcid.* 45 *Notitiæ cauſa* tutor datus licet non adminiſtret, tenetur tamen, ſi contutores non inſtruxit, aut ſuſpectos potiluxit. *Notitiæ cauſa* dantur plerumque ii qui actores fuere, ut inſtruant tutores & curatores de rebus pupilli. *l. 32. §. 1. ff. de